

ANECDOTA GRÆCA

ET

GRÆCOLATINA.

MITTHEILUNGEN AUS HANDSCHRIFTEN

ZUR

GESCHICHTE DER GRIECHISCHEN WISSENSCHAFT

VON

DR. VALENTIN ROSE,

CUSTOS AN DER KOENIGLICHEN BIBLIOTHEK ZU BERLIN.

ZWEITES HEFT.

MIT ZWEI TAFELN IN STEINDRUCK.

BERLIN,

FERD. DUEMMLER'S VERLAGSBUCHHANDLUNG

(HARRWITZ UND GOSSMANN)

1870.

473

60748

2021 11 24

Pseudo - Soranus.

1. Quaestiones medicinales.

2. De pulsibus.

1

Soranus filio karissimo salutem.

Medicinam quidem invenit Apollo, amplificavit Aesculapius, perfecit Hippocrates. quem nihilominus et iudicem omnium causarum oportet in primis excipere tanquam parentem et inventorem omnium bonorum operum, per quem per logicam nobis pro ratione facta traditio est et tanquam visibilis facta est
5 doctrina, ut per eam utiliores fiant et astutiores qui introducuntur ad medicinam quos Graeci *ισαγομενους* appellant. quapropter exordiar id ipsum vobis dicere qui sit optimus modus doctrinae atque ordinis usus inchoantibus discere medicinalem artem. et primum quidem de medico

1 escolapius *cod.* 2 quem mihi hominis ducem et iudicem *etc. ed.* 2 c. et quaestionum *ed.* accipere *ed.* 3 *fort. scr.* et tanquam. p. q. logica n. iuxta rationem f. *ed.* 4 est *om. ed.* 5 meliores f. et acutiores *ed.* 6 *abhinc ita legitur in ed.*: Et propterea incipientibus discere medicam artem, exordiar dicere qui sit optimus modus doctrinae, atque de apta aetate introducendi, deque studio, et eius moribus: deinde artem: postea speciatim de ipsa medicina. Modos in aphorismis reperies quatuor, intellectualem, complexivum, divisibilem et definitivum. Intellectualis dicitur, eo quod intellectu, id est contemplatione tam virorum quam mulierum aegritudines exequitur et considerat. Complexivus, quod omnia complectatur, id est comprehendat, nihilque intactum relinquat. Divisibilis eo quod corpus humanum per partes dividat, earumque aegritudines particulatim declarat. Diffinitivus quod cuncta definiat, recteque determinet. Nos vero in hoc opere magis definitivo utimur (licet ab aliis non simus extorres) quippe quia optimus is est modus introducendi. Caeteraque breviter cuncta definit, recteque determinat, nihil relinquit, unde quasi renumerare possit. Ne tamen animus lectoris incaute ingrediatur, et sequentia operis iudicet, non te lateat quod modum (*corr.* modo) tractatus quidam praecedat prooemialis, qui vere introductorius brevis habendus est. Est autem duplex: partim de eo qui sumit artem, partim de arte. Nos Platonem imitantes, quae sequuntur iungamus. Ait enim Plato de omnibus quae in tractatu innuntur, eum posse discere qui peritiam habet earum rerum de quibus quaeritur. *iam sequitur cap. I.* Astutia veterum in opusculis librorum diversa posuit principia: Nos tamen principium *etc.* 6 exordiar *cod.*

tractabimus, deinde de arte, postea specialiter de ipsa medicina. ait enim Plato de omnibus quae in tractatum veniunt eum posse praedicare qui peritiam habet earum rerum de quibus quaeritur. ne ergo in omnibus quae in tractatum veniunt necesse sit benivolis et attentis atque docilibus auditoribus expectare, praecedit tractatus prooemii. 5

Tractatus quidem introductorius est modicus habendus. is namque duplex est, partim de eo qui sumit artem, partim de eo qui iam sumpsit. nos tamen principium sumimus ab eo qui inchoat imbui arte medicinae. sit ergo aetate quidem illa ex qua maxime a pueris homines transeunt ad iuvenem, qui est in annis XV. haec enim aetas apta est ad sumendam sanctam artem medicinae. corporis autem magnitudinem talem habeat ut neque praeingens sit neque brevis, ut et iuventutem liberalem habeat et senectutem utilem atque facilem ducat. natura autem et animo sit studiosus et ingeniosus quidem et acutus ut citius intelligat et docibilis sit, fortis autem ut possit per diem labores sustinere. quando videt horrenda et tangit inauavia, alienos casus suas faciat esse tristitias. disciplinarum autem ceterarum minime sit expers, sed et circa mores habeat diligentiam. iuxta enim Erasistratum felicissimum quidem est ubi utraeque res fuerint, uti et in arte sit perfectus et moribus sit optimus. si autem unum de duobus defuerit, melius est virum esse bonum absque doctrina quam artificem perfectum mores habentem malos et improbum esse. modesti siquidem mores quod in arte deest honestate repensare videntur, culpa autem morum artem perfectam corrumpere atque improbare potest. nec non et naturae rerum scientiam habeat, ut omnino huius rei non expers esse videatur. his quidem ornatus esse debet qui sumpturus est medicinalem artem. curare etiam debet qui medicinalem artem et naturae scientiam vult inchoare, non abhorre- 15
re quicquam alicuius effectus. et tunc ea ratione per sacramentum iuramenti sumat doctrinam. grammaticam autem artem ad tantum sciat ut possit in- 20
25

1 deinde arte *cod. (idem legerat epitomator)*. 4 tractatus prohemii sic *cod.* 6 Nos tamen *etc. hoc primum prooemii caput sic inscribitur in cod.* De eo qui inchoat imbui medicina (Tyro medicae artis qualis esse oporteat *ed.*) 9 e parvis h. t. ad magnitudinem quod est in annos undecim *ed.* 11 sit *om. cod.* neque pinguis sit neque brevis admodum: et ut i. liberaliter agat et *etc. ed.* 13 autem *om. cod.* 15 sustinere: quoniam undique horrenda et tanquam insuavia *ed.* 16 et alienos... facit *ed.* 16 d. autem et virtutum ceterarum *ed.* 18 fuerint: conveniunt *ed.* uti: ubi *ed. et cod.* 20 melius etiam videtur esse bonum quam a. p. *etc. ed.* 22 honestatis *cod.* 23 et *om. cod.* 24 His igitur omnibus ornatus e. d. qui medicinae tam arduam artem auspicaturus est *ed.* 25 Curare etiam *etc.*: ante haec verba quasi alterius capituli hic extat titulus: De sacramento dando vel quales legat codices (*in ed.* De iuramento medici). 25 qui artem medicam et n. s. *ed.* 26 inchoare, ne ab errore quenquam alicuius laedat effectus. Ea itaque ratione *etc. ed.* 28 pro sequentibus haec sola artium nomina ponit *ed.*: sumat d., grammaticam, rhetoricam, arithmetica: Astrorum quoque ratio *etc.*

- telligere vel exponere quae apud veteres dicta sunt praeteriens artificiosam | loquacitatem. rhetoricam quoque sciat ut possit suo patrocinari sermone tractantibus medicinales disciplinas. geometriam item ut aegrorum mensuras et numeros agnoscat ad comprehensionem et complexionem accessionum quae typi appellantur, vel crisin quam periodici faciunt. astro-
 5 rum quoque ratio scienda est ut cognoscat eorum et occasus et ortus et motus et tempora anni, quia cum ipsis et nostra corpora commutantur, et eorum moderatione et perturbatione aegritudines in hominibus commoventur.
- 10 Perspiciamus autem qualem oporteat esse medicum. sit ergo moribus clemens et modestus cum debita honestate. nec desit ei sanctitas, nec sit superbus sed pauperes et divites servos et liberos pariter curet. una enim apud eos est medicina. mercedes autem si quidem dentur accipiantur et non recusentur. si autem non dentur non exigantur, quia quantum quisque dederit non potest exaequari
 15 merces beneficiis medicinae. domos autem quas ingrediatur ita ingrediatur ut ante oculos habeat curam tantummodo laborantis. memor etiam sit iuramenti Hippocratis ut ab omni culpa se absteineat et maxime a venerco et corruptibili actu. ea quae in domibus aguntur vel dicuntur tanquam mysteria celanda existimet. sic enim sibi et arti ampliore[m] laudem
 20 acquirat. habeat autem digitorum subtilitatem et elegantiam, ut suavis omnibus videatur et in tangendo subtilior appareat. haec enim et ipse Hippocrates dixit. nihilominus autem sit et in fabulis iucundus et non sit expers philosophiae. sit etiam modestus moribus, ut utraeque res conveniant sibi simul, quantum possibile est, et artis perfectio et bonitas
 25 morum.
- Faciamus autem initium a quodam exemplo. communiter contendunt et luctantur homines, cum aliqua necessitas impulerit, et qui didicerunt et qui non studuerunt, sed statim ipsis motibus comprobantur hi qui didicerunt, maxime si facere non recusant. simili modo medicinam quamplurimi tractant. denique aut sucum ptisanae aut melicratum et qui non sunt medici dare possunt, quoniam ipsa natura interdum etiam indoctis peritorum tribuit efficaciam, sed ipsa operatio et ipsius rei honesta tractatio longe in eo
 30 apparet qui peritus est, et facile improbat imperitum. Hippocrates quoque ait „medici fama quidem multi sed opere valde pauci.“ honeste au-

3 geometricam idem agrorum *cod.* 5 vel crisin *cod.* 10 hic *titulus in cod. (et ed.)* Qualis debeat esse medicus. oportet *cod.*
 10 clemens et *m. cod.:* ornatus et *m. ed.* 11 cum debita *cod.:* cum decenti et debita *ed.* 12 una... medicina *om. cod.* 14 exaequari merces *ego:* exaequare mercedes *cod.,* exaequare mercede *ed.* 15 beneficia *ed.*
 15 domos — (19) existimet *cf. Hippocr. ἔργος (t. I p. 2 Lips).* 17 et *om. ed.* 18 vel *cod.:* et *ed.* 20 elegantiam et subtilitatem *ed.*
 24 simul sibi, cum artis perfectione q. p. e. et bonitas morum *ed.* 26 *titulus in cod. hic.* De curatione adhibenda. 28 maxime et si *cod.*
 31 indoctis etiam *ed.* 33 *cf. Hippocr. νόμος (I, 3 Lips.)* 34 quidem fama *ed.*

tem opus ipsum tractabitur tribus modis, ut praescientes eorum causas qui omnino a vitiis oppressi sunt et nullo modo curari possunt, minime eos suscipiamus, ut eos suscipiamus in quibus valida natura non nimis est praecipitata humoribus, ut ea quae facimus eo ordine faciamus ut ad solam utilitatem totam operis efficaciam dirigamus. quapropter et 5 libri eius tripertitam habent doctrinam et in primis semioticam positam. aptissima | autem semiotica est inspectio vel probatio vitiorum f. 239^a 2 qua dignoscitur quod in arte est bonum. nam quia omnes sanos facere minime possumus et hoc vitium arti ascribitur quod omnibus auxiliari non possit, praescientia tamen praedicendi futura puram fidem tribuit. 10 ut merito credantur nobis aegrotantium corpora. vult enim Hippocrates et praeterita medicos cognoscere et praesentia scire et futura praedicere. nec minus etiam caute agendum est ut nec ei qui deficit viribus et ad desperationem venit secundum esse danda sit potio aut ad somnum aut ad ventris purgationem, nec aliqua res agenda quae mortis causam 15 ex hac occasione afferre videatur. similiter nec ossa secemus nec apostasin faciamus nec aliud quicquam quod non naturaliter permittitur pro utilitate fieri posse. multos enim initiantes medicamini videmus fidem credere et in mala opinione apud omnium ora versari quod dederint quidem potionem somni causa vel alterius cuiuslibet rei sed per imperitiam inspectionis ma- 20 ximum intulerint periculum. et fidei suae circa certas partes medicinae plurimum derogatum est, quoniam mortis eventus non iuxta rationem potionis sed propter vires defectas contingit. rectissimum ergo est huiusmodi homines qui defecti sunt viribus non quidem deserendos existimare sed aliis medicinalibus rebus curare quae in culpam venire non possunt, ut et artis humanitas et perseverans peritia medici possit stare. qui autem vult nostram 25 artem discere optime, is debet unius cuiusque rei doctrinam et corporum naturam et singularium partium operationem cognoscere. qui autem non ita doctus est sed experientiam tantum sine aliqua ratione exercuerit et inhoneste artis professionem risui dederit et sine doctrina rationabili egerit, alienum medicinae opus adhibere videtur quantum ad ipsam artem 30

1 tractandum est *cod.* post praescientes *ed. add.* scilicet 2 eos *o. m. ed.* 3 ut *ego:* aut *ed. et cod., item v. 4.* facimus *cod.* 6 semiotecam *cod. (item v. 7), συνοπτικὴν ed. ex sennotecam (infra sennoca) exemplaris.* 7 vitiorum probatio *ed.* 8 quid in arte existat bonum. Nam quod *o. s. f.* non possumus, minime et hoc vitium arti ascr., omnibus quidem auxiliari non datur. Praescientia tamen *etc. sic ed.* 11—13 *vid. Hipp. prognost. init. (I, 88 Lips.)* 13 cautissime *ed. (ex cautis expl.)* est. Ne praesumamus eum *q. d. v. quique ad d. v. secare:* vel poteris eis dare potionem aut somnum aut ventris purgationem *ed.* 15 agenda est quae ad mortis causam ex potionis occasione transferri videatur *sic ed.* 17 promittitur *cod.* 20 somni *ed.* alterius cuiusque rei *ed.* 20 *sed ed.;* et *cod.* 21 intulerint *corr. cod.:* intulerunt *ed. et pr. m. cod.* 22 non ex iusta ratione *p. cod.* 23 contigit *cod.* 24 deserendo *ed.* 26 medici peritia *ed.* 27 optimum *cod.* 30 risui *ed.:* in usu *cod.*

spectat, ubi enim ratio non diiudicat, necesse est eum ad incommoda pergere qui sola experientia sine aliqua ratione utitur. ratio enim breviter ad utilitatem perducit et tanquam caecam empiricam id est experientiam ducit.

5 Quem ad modum autem doctrinam percipimus dicendum existimo. et quoniam utilior videtur eis qui ad medicinam introducuntur interrogatorum et responsionum modus, quoniam format quodammodo sensus iuvenum, brevi in controversia isagoga tradenda est illis. summus igitur initium ab eo quid sit horus [hoc est initium interrogationis].

10 1 Quid est horus? horus dicitur interroganti sermone ratio reddita (G. 1) et definita.

2 Quid est definitio? definitio est ratio reddita, quae de singulis rebus quales sint ratione definita significat, aut ratio ipsa earum. quarum definitio constat ex genere et specie differentia accidentique, quae per f. 239^b 1 resolutionem ad determinationem proferuntur.

3 Quid est ars? ars est coetus comprehensionum cum exercitatione (G. 8) ad quandam utilitatem vitae aptissimus.

4 Ars medicinae disciplinis subiacet an non? logicis seu dogmaticis haec ars subiacere videtur disciplinis, methodicis vero disciplinis non videtur subiacere, sed custodire disciplinas.

5 Quid est disciplina? disciplina est scientia immutabilis cum ratione. (G. 7) sed apud quosdam partim disciplina est partim coniectura. efficitur vero coniecturalis non propter naturam artis sed propter subiectam materiam, quae inconstans est et multis operata negotiis et quae ab omnibus laedi 25 possit.

6 Aliter. Quid est disciplina? aut in quot partes dividitur? in duas dividitur partes id est in generalem et coniecturalem. generalis quidem est disciplina cum generaliter aliquid de ipsa dicitur, coniecturalis tamen quando de ea dubitatur. est autem medicinalis ars utriusque rei particeps, 30 id est et coniecturalis et rationalis est ut diximus. rationalis vero est in his quorum causa dici potest generaliter id est manifeste, coniecturalis in his quorum causa adhuc aperte dici non potest.

7 Quid est semiotica pars medicinae? semiotica est inspectionalis, quae versatur in naturali tactu corporis et mentis consideratione. et haec 35 multum est medicinae necessaria et plurimos habet effectus.

8 Quid est effectus medicinae? effectus medicinae est sanos facere (G. 9)

1 enim ratione iudicat *ed.* 2 sine: sui *ed.* 3 empiricam: impericam (impericam) *vizio solenni cod., imperitiam ed.* 5 autem: etiam *cod. et ed.* existimo: *huc usque ed in qua sequuntur varia excerpta medica.*

6 inducuntur *cod.* 13 quales sint ratione: qualis sit ratio *cod.*

14 eorum quorum *cod.* 15 resolutionem (*ἀνάλυσιν cf. Gal. def. med. 1*): revolutionem *cod.* 16 τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων συγγε-

γυμνασμένων πρὸς τι τέλος εὐχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ (*Gal. def. 8.*).

21 ἐπιστήμη ἐστὶ κατάληψις ἀσφαλῆς καὶ ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου (*Gal. def. 7.*).

22 efficitur: effectus *cod.* 24 inconstans: constans *cod.*

27 id est: *i. cod. (ut et infra semper).* 33 semiotheca *cod. (bis).*

aegrotos. hanc enim utilitatem vitae parat. tres tamen eius promissiones sunt. aut enim de periculis mortiferis liberat aut maximae partis, sicut apparet in acutis passionibus et in his quae frangunt caput. aut extrahit alias res, velut telum aliquod aut sagittam vel simile aliquid. aut impedimenta detrahit, quale est quando episcotisin id est caliginem deponit aut claudicationem detrahit aut de cute aufert lepram et leucem et melan id est nigredinem et quae circa capillos vel zernas fiunt.

9 Quot sunt principia medicinae? principia medicinae sunt quatuor, unum quod in causis cognoscendis esse videtur, alterum quod inventionibus constat, tertium doctrina, quartum unde causa consistit cuius [rei] gratia in vita humana prolata est medicina. inventionis autem principium iuxta empiricos quidem est pira id est experientia, iuxta dogmaticos vero experientia cum ratione. quod enim lectio invenit in aphorismis, experimentum confirmavit, unde autem consistit principium est doctrina ipsa. haec enim tanquam elementorum obtinet locum. doctrinae autem principium est naturam corporis cognoscere, natura autem corporis principium est rationalis medicinae, et a capite incipere et ossa et nervos et arterias et venarum naturas cognoscere et effectus et locum laesum et aegritudinis causam. impossibile est enim, cum non primum didiceris quae secus naturam, vel quae contra naturam fiunt intelligere. nam cum natura fuerit cognita vel quaedam quae ex ipsa | erunt, nec vitium ignoramus nec commodam atque aptam curam f. 239^b 2 cum difficultate adhibemus. finis autem medicinae est aegritudo sanata. si autem iuxta rationem de ea dicere velis, adde quod plerumque sanat, non 25 semper. finis est quidem ad quem omnia quae particulatim fiunt ducuntur, ad melius ut possint effectum consequi. quod tunc potest fieri cum effectum consecuntur, quia sicut aiunt veteres, plenissime liberari omnes aegrotantes difficile est. cum autem non possit, vel hoc agere debet quod ei vel ex parte natura concedit, ut utilis videatur esse vitae humanae. nam 30 ab illis qui iam sic possidentur vitiis ut liberari non possint, abscedendum est, ne mala existimatio aegrotanti accedat quod omnes liberari non possint. sed praesentia nostra futura praedicendo protrahere quasi vitam videtur et solatium in praesentibus malis parat et graves accessiones mitigat. 35

10 Quid est medicina iuxta etymologiam? medicina dicitur a mendo id est sanitatem praestando.

(G. 9) 11 Quid est medicina iuxta definitionem Hippocratis? medicina est iuxta Hippocratem adiectio et detractio et contrarietas. adiectio qui-

1 parat: *prät cod. (item infra v. 34)* 4 aut extrahit alias res (?): aut ex aliis rebus *cod.* 4 sagittam: *sic cod.* 5 episcotisin: *ypocisim cod.* 7 leucem *cod.* 8 zernas *ego: hermas cod. (cf. p. 250, 10), 9 IIII. cod.* 12 rei *delevi.* 13 empiricos: *impericos cod.* pira (*πιρα*) *sic* 15 in aforismis *sc. Hippocratis.* 18 rationalis: *rationalis cod.* 26 ducuntur ad melius *iungit cod.* 27 *sic* 28 veteres *sc. Hipp. ἐν τῷ περὶ τέχνης c. 3. (cit. etiam a Gal. def. med. 9).* 30 vita humana *cod.* 39 Hipp. i. dogmaticos (*cf. Gal. def. 9).*

dem eorum est quae desunt, detractio vero eorum quae superflua sunt in corpore, in ceteris quoque contrarietas quae est tertia in hac causa species. contraria enim contrariis curantur, hoc est calida frigidis, frigida calidis, sicca humidis, humida siccis. qui autem hoc pro ratione observaverit, optimus medicus erit. dico etiam et differentiam, quae simili modo per adiectionem quorundam et detractioem, sicut autem materia per abundantiam aut diminutionem de quantitate sua recedit, sic et in ea qualitatis immutatio aut per laxamentum virium aut per incrementum fit. nam et aegritudines aut amplius aut minus sunt immutatione et extremitate nunc faciles nunc difficiles, medietates vero iuxta naturae temperationes sunt.

12 Aliter. Quid est medicina secundum eundem Hippocratem logicum? in primis medicina est diaetica sanis consistentibus, secunda therapeutica aegrotantibus, tertia chirurgica quae manibus operatur, sicut ait Plato. et haec est logica medicina.

13 Quid est secundum methodicos medicina? secundum methodicos (G. 17) medicinam dicere volunt κοινότητων et necessariorum consequentium vitiorum generalem comprehensionem, per quam sequentium aegritudinum utilitas ad curam invenitur, per quam ostendi potest quae partiles sint similitudines et dissimilitudines, per quam inducuntur utilitates humani corporis. cum maxime a nobis haec recusanda est.

14 Quid est secundum empiricorum sectam medicina? secundum empiricorum sectam medicina dicitur observatio earum rerum quae saepe et similiter eveniunt, ideoque est inutilis. generaliter tamen medicinalis ars est observatrix naturae, et habet partes duo, unam quidem quae semiotica

25 appellatur, per quam inspicimus quae naturaliter insunt. alia autem est 240^a 1 therapeutica, per quam curamus ea quae contra naturam fuerint in homine | vitia effecta, quantum ad ipsam spectat.

15 Quot partes sunt medicinae? partes quidem sunt quae universam complent, particulae vero quae complent aliquam partem. partes autem sunt 30 medicinae tres, sanitas aegritudo aut neutrum. aut enim sano homini diligentiam adhibet ut conservetur sanitas, aut aegrum curat et liberat ab aegritudine et adhibet sanitatem quantum potest, aut neutrum paragori-

2 sic. 5 sic. 7 diminutionem cod. 10 medietas ante corr. cod. 11 Hipp. i. dogmaticos (cf. Cels. praef. p. 2, 20 Dar.). 13 chirurgica (-gia pr. m.) cod. 16 κοινότητων: cenoticum (coenoticum corr.) cod. (cf. Gal. def. 17). 17 sic. 18 partiles (Cael. Aur.) sint: sunt cod. 20 est: sit cod. 21 et 22 impericorum cod. 24 observatrix: conservatrix cod., qui paragraphi notam habet ante Generaliter... duo: II cod. 24 semioteca cod. 25 autem add. corr. in marg. 26 therapeu | cim cod. 28 haec interrogatio in cod. post verba (28—29) partes quidem... aliquam partem sequitur, sic: vitia effecta. Quantum ad ipsam spectat. partes quidem sunt... partem. Quot partes sunt medicine? Partes autem sunt medicine. III. etc. 28 universa cod. 30 III cod. (cf. Gal. def. 9) 32 paragorizando cod. (cf. infra paragoriam vid. du Cange s. v.)

zando reprimat ne ad aegritudinem consurgat sed ad sanitatem revertatur. plus est enim naturaliter sanum esse, quam sanum fieri, cum alterum integrum sit, alteri pars deesse videatur.

(G. 129) 16 Quid est sanitas? sanitas quidem est temperantia naturalium operationum et substantiae ac materiae. naturalis autem sanitas cum istis 5 omnibus integritas est corporis et membrorum et particularum cum naturali colore et capillorum habitu. ac per hoc qui *xata φυσiv* habet id est naturaliter, sanus est semper, qui autem sanus est, non semper *xata φυσiv* habet. nam qui leucen quoque et albuginem vel maculam aliquam aut zernam habet vel cui deest aliqua pars corporis, sanus quidem est 10 sed *xata φυσiv* non habet. . . .

17 . . . medicus tamen cum praedicat quaedam, magis creditur scire aegrotantium vitia, et nihilominus eis cautus esse et non culpabilis videtur. nam in omnibus quidem vitiis praescientiam habere possumus, non tamen de omnibus praedicere. nam in omnibus oxeis id est acutis <passionibus, ut > febribus certum potest esse prognosticon, tamen in omnibus certa praedicere non possumus, sed de his solum modo quae omnino cognosci possunt id est quae interficiunt aut liberant. in ambiguis autem minime possumus, quia in dubiis certa esse praedictio non potest. quapropter sicut ad curandum optima via est praescientia, sic et ad praedicendum. nec non etiam et per somnia indicimus vitiorum naturas quae acutae sint passiones et quae diurnae, ut cum fuerint sciamus esse illa aut proluxa aut brevia aut mortifera vel qualem laesionem afferant partis alicuius corporis vel non afferant. illa quoque incerta cum fuerint, dubium est similia utrum ipsis eveniant mala an non. quae cum omnia com- 25 prehensa fuerint, in illis solis quae incerta sunt dubitandum est.

18 Quid est pathognomica simeosis? pathognomica simeosis est per quam vitiorum fit consideratio vel comprehensio, aut cognitio patentium locorum vitiatorum et causarum morbos inferentium, quod de consequentibus symptomatibus apparet. oportet tamen omnia quae in medicina sunt 30 scire, tam de communi omnium natura quam etiam de speciali unius cuiusque.

19 Quid est physis id est natura? natura seu physis est potestas divina per quam omnia gubernantur in homine.

20. Quot sunt naturae partes? naturae partes sunt duae, communis 35 et propria. generaliter quidem una est omnium natura quantum spectat ad communionem, pro speciebus tamen immutatur iuxta unius cuiusque temperantiam et fit specialiter propria. nam de eisdem quidem rebus

6 integras *cod.* 7 quia *cataphisin cod.* (*cf. def. med.* 131). 8 (*et* 10) *cataphisin cod.* 9 *leucin cod.* 10 *zernam ego: herniam cod.* 11 *hic intercidisse quaedam patet, licet nulla sit in codice lacuna. spectant enim quae sequuntur ad quaestionem quid est prognosis?* 15 *passionibus ut addidi.* 21 *somnium cod.* 27 *patognomica bis cod.* *simeosis i. σημάτωσις.* 29 *quod i. quantum.* 30 *sinthomatibus cod.* 33 *physis cod.* 37 *communem (κοινωνίαν): communem ante corr. (qui addit nio) cod.*

- constant omnia et in se commixta sunt per adunationis confusionem quandam vel communionem, tamen consonanter, per unam enim modulationem temperati sumus iuxta dissimilitudinem singulorum. | nam omnia quidem in omnibus commixta sunt, substantiarum virium vel corporum diversitates iuxta singulorum elementorum naturas fiunt, singulae tamen temperantiae modestum sibi atque aptum applicant morem secundum tempora et aetates et naturas.
- 21 Quid est isagoga? isagoga est introductio doctrinae cum demonstratione primarum rationum ad medicinae artis conceptionem.
- 10 22 Quid est aphorismus? ratio brevis per quam ostenditur specialis (G. 5) qualitas propositae rei.
- 23 Unde incipere debent qui inducuntur ad medicinae artem? cum in tres partes divisa sit medicinalis ratio secundum dogmaticam sectam, id est physiologicam pathognomicam et therapeuticam, dico magis oportere nos incipere a physica ratione. impossibile est enim eum qui ignorans est huius artis, peritiam assequi ceterarum rationum.
- 15 24 Quot sunt physicae artis partes medicinae? physicae artis partes medicinae sunt tres, physica pathognomica et therapeutica.
- 25 Quid est physica pars medicinae? physica pars medicinae est quae corporis naturam et naturales operationes cognoscit.
- 20 26 Quid est pathognomica pars medicinae? pathognomica pars medicinae est per quam ea quae contra naturam fuerint vitia comprehenduntur.
- 27 Quid est therapeutica pars medicinae? therapeutica pars medicinae est per quam ea quae contra naturam sunt, secundum naturam corriguntur.
- 25 28 In quot partes dividitur pathognomica pars medicinae? in duo, id est semioticam i. inspectionalem et aetiologicam i. causalem.
- 29 Quid est therapeutica < pars medicinae? therapeutica > pars est per quam ea quae contra naturam sunt vitia curantur.
- 30 30 In quot partes dividitur therapeutica? in tres, id est diaeticam therapeuticam et chirurgicam.
- 31 Quid est diaetica? diaetica dicitur adescatio, et est artificiosa victus factitatio et datio in medicina per additamenta et detractones vel immutationes, quae plurimum tribuit effectum.
- 35 32 Quid est adiumentum? adiumentum est quod sanitatem vel pare- (G. 172)

1 commixta: permixta *pr. m. cod.* (vel *cō add. corr. supra per*).
cf. v. 4. 2 consonanter (*συμφώνως*). modulationem *ego*: moderationem *cod.* 6 morem *ego*: humorem *cod.* 8 ysagoga *cod.* 12 *qu. haec* 23 in *cod. cohaeret cum praecedente.* Unde: Unde et *cod.* 13 III. *cod.* 14 physiologicam *ego*: phisicam, logicam *cod.* 18 III. *cod.* 22 fuerit *cod.* 27 II. *cod.* 28 semiothecam *cod.* inspectionem *pr. m. cod.* et aetiologicam *ego*: et theologiam *cod.* 36 adiumentum *ego*: therapeuticin *cod.* Adiutamentum *cod.* paragoriam *cod.*

goriam affert dolentibus membris et pro utilitate aegrotantium accipitur eorum qui in dietam inducuntur.

33 Adiuventorum quot sunt differentiae? quattuor. nam quaedam eorum sunt in evacuando, quaedam in faciendo, quaedam in offerendo, quaedam extrinsecus accedunt. 5

34 Quae sunt in evacuando? tria quidem sunt quae per evacuationem corporis utilitatem perficiunt, id est phlebotomiae, cathartica, clysteres cucurbitae et his similia.

35 Quae sunt in faciendo? fieri autem haec dicuntur quae ab ipso efficiuntur aegroto, monente scilicet medico quemadmodum iaceat, quando dormiat vel vigilet aut gestetur aut exerceatur, vel ea quae secuntur. 10

36 Quae sunt quae offeruntur? quae per os accipiuntur, tanquam cibi, per additamentum vel temperantiam quae prosunt, id est esca et potus et his similia.

37 Quae sunt quae extrinsecus accedunt? extrinsecus autem accedere dicuntur quae extrinsecus offeruntur, id est embrochae cataplasmata f. 240^b 1
epithemata unguenta calidarum aquarum usus et his similia.

(G. 35) 38 Quid est chirurgia? artificiosa actio in medicina per manus et ferramenta et per simplicia et per composita medicamenta, quibus medici tam ex usu quam ex ratione sanant aegrotos. plerumque autem habent inter se communicationem dieta et chirurgia. 20

39 Quot sunt partes chirurgiae? duae, quarum una est per efficaciam, alia per casus subitaneos. per casus quidem est quae in vulneribus et fracturis ossium et eiectionibus articulorum evenit. et curantur utraeque. per efficaciam autem est paracentesis et celotomiae et his similia. manifestum igitur est quod ea quae per efficaciam complentur, si non urgeat, recusare possumus. ea autem quae per casus eveniunt minime recusamus, quia necessitas urget. 25

(G. 172) 40 Ex quibus constat adiuventum? ex quattuor partibus, id est qualitate quantitate tempore et ordine. 30

(G. 21) 41 Quid est theorema? theorema est generalis cuiusque rei in arte traditio. generalis autem est eo quod ad omnia tendit quae per partes consistunt, utputa cava vulnera implere, sordida mundare, munda quoque ad cicatricem perducere, et generaliter contraria contrariis curare — ita Hippocrates dixit — id est calida frigidis, frigida calidis, sicca humidis et humida siccis. qui autem haec per rationem observaverit, optimus medicus erit. 35

2 eorum qui i. d. inducuntur adiuventorum. Quot sunt differentie adiuventi? Quattuor... *cod.* 4 evacuando *cod.* 7 catartica. clistere *cod.* 16 embrochae *cod.* 17 epithemata *cod.* 18 chirurgia (*ut semper cod.* 19 quibus *ego*: In quibus *cod.* 20 egrotos plerumque. aut habent... *cod.* 24 *verba* Et curantur utraeque *depellenda esse videntur post similia v. 26 (et deinde leg. manifestum autem...)* 25 celothomie *cod.* 32 tendit^a (*i. e. tenditur cod.* 35 yprocrates *cod.* (*ut semper*).

42 Quid est virtus? virtus est confirmata voluntas in medietate duorum vitiorum posita.

43 Quid est modestia? iudicium iusti et iniusti.

44 Quid est aphorismus? verbum definitum id est ratio divisa a ceteris et tanquam per capitula prolata per generalem rationem et firmam praestans scientiam.

45 Quid est haeresis? haeresis dicitur consensus sive sectae electio (G. 12) vel declinatio. aut consensus de aliqua secta aut doctrina quae ad aliquem finem dirigitur. secta autem dicitur generaliter quidem alicuius rei con-
10 sensio, specialiter vero sectae dicuntur incertarum rerum opiniones quibus utuntur dogmatici.

46 Quid est aresconta? aresconta autem dicuntur ea quae aut per definitionem aut per descriptionem placere videntur, ea scilicet quae in singulis accommodatiora sunt et quibus plerique consentiunt. his autem
20 utuntur empirici et methodici. et plus definitionibus quidem utuntur dogmatici, descriptionibus vero empirici, methodici autem diversis modis nunc definitionibus modo etiam descriptionibus, in quibus volunt ostendere vel exprimere quae subiacent. deinde analogismo utuntur dogmatici.

47 Quid est analogismus? analogismus est ratio ab his quae vi- (G. 18)
25 dentur initium sumens et ad ea pergens quae dubia sunt et minime sensibus comprehenduntur.

48 Quid est epilogismus? ratio ab his quae magis apparent inci- (G. 20)
piens et ad illa procedens quae leviter et paulisper videntur.

f. 240^b 2 49 Quot sunt medicinae? tres, empirica dogmatica et methodica? (G. 14)

30 50 Quid est empirica secta? empirica secta est de his rebus quae (G. 15)

saepe et simul et similiter eveniunt vel dicuntur observatio. educta autem vel assumpta est tam ex visione et historia quam similium transitu, visione quidem id est eorum observatione quae naturaliter vel ex forma
eveniunt, historia autem eorum descriptio est quae ex visione colliguntur.

35 de similibus autem transitus est, cum de similibus quae videntur ad alia similia transitur. cetera autem omnia inutilia et superflua sunt. utitur tamen eorum observationibus quae manifesta sunt, informat autem secta quod propter observationes de singulis sumitur utilitas. haec est enim illis specialiter et necessaria et sine intermissione. et pro definitionibus
40 quidem descriptiones inducunt, pro anatomia autem id est pro ipsa rerum demonstratione vel inspectione corporea exhibent, pro causis autem ea quae manifestissime observantur, et ad similia transeunt, pro analogismo autem epilogismum id est pro rationabili consideratione eventum rei cuiusque.

45 51 Quid est logica medicina? logica medicina est quae et dogmatica condicio dicitur, ut definitio responsionis utilis efficiatur, ut anatomica ratio consentiat medicinae ut ad utilitatem suam perveniat, et ut

8 consensus *ego* (ut *postea*, συγκατάθεσις): contentio *cod.* 12 aresconta *cod.* 20 imperici (ut *semper*) *cod.* Eo (*sic*) plus definitionibus *cod.* 25 dubita (*sic*) *cod.* 31 et simul: καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ (*Gal. def. 15*). 39 definitionibus *cod.*

ante omnia natura hominis sciatur, causae etiam vitiorum inquirantur et de ipsis ratio curae inveniatur, nec non et analogismo utatur et rationabilem considerationem curae sciat et quae sunt naturales et quae spontaneae operationes, naturales quoque calores, gubernationes causarum manifestarum et non manifestarum, comprehensiones temporum locorum aetatum et vitiorum singulorum inspectiones et actuum singulorum considerationes. haec enim omnia et his similia id est aetas temperantia virtus corporis habitudo calor qualitas consuetudo incessus et ut dictum est actuum singulorum considerationes et tempora anni et eorum qualitates et locorum positiones utilia medicinae ad praesciendas aegritudines 10 esse cognoscuntur, ut ex hoc paratam habeat curae consequentiam. inspicienda etiam sunt vitiosa loca, ut comprehendamus quae vitalia sunt. causarum autem quaedam sunt manifestae, quaedam vero non manifestae. manifestae autem sunt quaedam quae sensibus comprehenduntur, quae fiunt de cultro vel igne aut lapide aut sudibus sensus autem sunt quinque, 15 visus auditus odoratus gustatio tactus. non manifestae autem dicuntur causae quae fiunt per sensibilia intrinsecus et quae effugiunt quidem sensus sed per quaedam signa mentis conspiciuntur, ut est plitura, quod abundantia vel repletio humorum dicitur, aut penuria aliqua id est alicuius humoris defectus, aut corruptio humorum. causarum autem quaedam dicuntur initiales, aliae continentes, quaedam etiam simul agentes, aliae vero concausales. causalis res dicitur quae licet non pareat, tamen hoc quod per illam factum est permanet, utputa | f. 241^a 1
. 25
.
52 dorsi XII, renium V. post dorsum renes sunt. post renes pulpae quae eminent nates vocantur. partes autem corporis illae quae dextra laevaue sunt thoracis, per quas accipimus et damus, manus appellantur. quarum partes quae ex utraque parte colli sunt prolixae humeri 30 vocantur. post humeros autem partes dependentes brachia dicuntur. inde iuncturae brachiorum, et lacertorum et radiorum, cubiti vocantur. post cubitos autem generaliter quidem quae usque ad manus sunt lacerti vocantur. carpi autem dicuntur fines lacertorum. post carpos autem metacarpia. post haec digiti, quorum unus vocatur pollex, alius sequens salutaris, deinde medius, post eum honestus, post honestum ultimus. crura autem per quae gressus facimus. quorum partes concavae in quibus femora moventur coxae vocantur. concava autem coxarum in quibus capita femorum vertuntur vel moventur vertebrae dicuntur. femora autem ab inguinibus usque ad genua dicuntur. genua autem commissiones femorum 40

8 calor (cf. v. 4) cod.: fort. color. 13 non: nec cod. 18 plitura: sic (i. e. πληθώρα). 22 pareat: sic cod. 23 deest folium (unum, ut videtur). 28 que emittent. natice v. cod. 29 thoraci. cod. et da | mus appellantur pr. m. cod., sed corr. in fine versus add. mus et in seq. initio suprascriptis an. 34 Carpe cod. metacarpos (et supra al' pia) cod. 35 haec: hoc cod. 37 faciāmus cod. 39 vertebra cod.

sunt. utrorumque tamen illorum superposita ossa rotunda pygonoides vocantur. sub genibus autem crura sunt usque ad suras. quibus quae sunt in exteriori parte dicuntur peronae. hae autem partes quae inante sunt tibiae vocantur. fines autem tibiaram surae dicuntur. et eorum quae
5 inante sunt partes, quae etiam de multis ossibus constant, plantae vocantur. sub crure autem talus est, sub talo calcanei quadratum os. post plantam autem solum et digiti, qui nomina eadem sortiti sunt.

53 Quid est onyches? unguis, qui finitis nervis ex ipsis procedunt, (G. 91) decoris causa facti et ut quando aliquid apprehendimus digitis, facilius
10 possint tenere. corpore vero sunt sicco et frigido, et insensibiles existunt.

54 Quid est triches? capilli vel pili. sunt enim corpore sicci et (G. 92) frigidi et insensibiles, cooperientes et ornantes cutem corporis.

55 Quid est derma? pellis aut cutis corporis. est enim nervosum (G. 93) corpus, cooperiens totum corpus decoris causa.

15 56 Quid est exis? corporis habitudo. est enim spiritus frequens et (G. 96) continens partes.

Aliter. Quid est exis? habitudo corporis, ea qua sicca et calida et tenui corporis sunt natura consistentes.

57 Quid est schesis? et hoc habitudo corporis dicitur, id est horum
20 qui natura pleno sunt corpore, et humida et frigida aut humida et calida sunt natura et pingues.

58 Quid est orexis? appetitio cibi et potus. (G. 97)

59 Quid est cataposis? glutitio cibi et potus ab ore transvoratus. (G. 98)

60 Quid est pepsis? digestio qua comestis cibis et potionibus (G. 99)
25 digestis transmutatur in humores ab innato nobis calore sanguinis, et inde ceteri generantur humores.

61 Quomodo Hippocrates et Erasistratus et Diocles et (G. 99)
241^a 2 Genoetas | et Asclepiades philosophi digestionem cibi et potus fieri dixerunt? Hippocrates ab innato in nobis calore fieri digestionem dixit,

30 Erasistratus vero teri et solvi, Diocles autem putrescere, Genoetas a natura elimari, Asclepiades autem per exercitationem corporis fieri dixit.

62 Quid est exaematosi? exaematosin dicunt Graeci quando ex (G. 100) suco cibi sanguis factus traditur corpori.

63 Quid est anadosis? anadosin Graeci dicunt adductum sanguinem (G. 101) in venas. et exinde desudando per totum corpus transmittitur, unde nutriuntur singula membra.

1 pygonoides (πυγονοειδής?): piconoides vel pygonatides (quod ex alia lectione addi videtur) cod. 4 Et eorum (?): sic cod. 6 os:

off. cod. 8 onyches: unices cod. qui: que cod. 9 facte cod.

11 trices cod. 17 ea qua: Ea que cod. 18 tenua cod. nature

consistentis cod. 19 schesis: cesis cod. 22 orexis: oxeis cod.

23 guttitio cod. transforat cod. 24 pipsis cod. qua: que cod.

comestis: commixtis cod. 27 diocles sic (bis) cod. (eadem Plistonici

sententia teste Celso in praef.): Ἰμπεδοκλής male apud Gal. 28 ge-

noetas: sic (bis) cod. 32 exaematosi? exemmatosin cod.

- (G. 102) 64 Quid est auxesis? incrementum corporis, quod constat ex longitudine et altitudine et latitudine.
- (G. 104) 65 Quid est elicia? aetas. aetates autem in homine sunt quattuor. primam Graeci neon appellant id est infantiam vel pueritiam, secundam acmazonton id est iuventutem, tertiam meson id est mediam aetatem, 5 quartam geronton id est senectutem. pueri calida temperantia sunt et humida, assimilati primo veri. iuvenes autem sicca et calida sunt temperantia, assimilati aestati. media vero aetate sicca et frigida sunt temperantia, assimilati auctumno. senes vero frigida et humida sunt temperantia, hiemi similes. abundans est pueris sanguis, iuvenibus cholera 10 rubea, mediis aetatibus melancholia, senibus phlegma.
- (G. 104) 66 Quid enphyton thermon? enphyton thermon Graeci dicunt in-natum calidum, calorem qui in nobis est. nam multus est in pueris, iuvenibus autem abundans, mediis aetatibus minor, in senibus parvus.
- (G. 105) 67 Quid est neotes? puerilis aetas quae incrementum vitae acci- 15 piens existit calida et humida natura.
- (G. 106) 68 Quid est acme? aetas iuvenilis in qua augmentatur calor et humectationis augmentatione calores fiunt.
- (G. 107) 69 Quid est geras? senex. quando enim minuitur vitalis calor, hu-mectatio cum frigore augmentatur et venarum tunicis desiccatis vel indu- 20 ratis augmenta vel nutrimenta sanguinis corpori denegantur.
- (G. 113) 70 Quid est egemonicon? animae principatus in totum corpus irri-gans, et residens in cerebro omne regens corpus.
- 71 Quid est exis? sensibilitas corporis et passiones animae vigi-lantes in corpore. 25
- (G. 116) 72 Quot sunt sensus? quinque, quos Graeci orasis, akoe, geusis, oshphresis, aphe appellant, nos vero visum, odoratum, auditum, gustum et tactum dicimus. hi sensus deserviunt et ministrant animae.
- (G. 117) 73 Quid est orasis? visio est egemonicon per oculos videndi diri-gens officia commixto vivifico spiritu. 30
- (G. 118) 74 Quid est akoe? auditus animae est spiritu sticciori magis con-sistens.
- (G. 119) 75 Quid est oshphresis? odoratus effectus per nares. ministratur enim per nares spiritus.
- (G. 120) 76 Quid est geusis? gustus. et ministratur per linguam et fauces 35 per nervos oris, sed magis est humidior spiritus.
- (G. 123) 77 Quid est aphe? tactus manans per totum corpus. maxime tamen f. 241^b in manibus ministratur per nervos ab spiritu.

3 elicia (*ἑλίκια*) *cod.* IIII *cod.* 4 neon (*νέων*) *cod.* (*ceterum graeca patet graece olim scripta extitisse in hoc opusculo*). 5 ama-zonton *cod.* 10 colera *cod.* (*ut semper c pro ch, t pro th, f pro ph etc.*). 12 infontermon (*bis*) *cod.* 15 neotis *cod.* 17 acme: agmen *cod.* 19 gyras *cod.* 20 frigidore *cod.* 22 egimonicon spe-cies? Anime pr... *cod.* 23 regit *cod.* 26 akoi. geosis. osphresis. akoify *cod.* (*item in seqq.*). 30 commixtus vivificus spiritus *cod.* 37 aphe: akoify *cod.* *ut supra.* manens *cod.*

78. Quid est ypnos? somnus. somnus vero est animae requies, et (G. 127) secundum naturam a cerebro ministratur.
79. Quid est egregorsis? vigilantia. per hanc enim aegro distensio (G. 128) fit. et est siccitudo cerebri, quae aufert somnum, et expansio virium per 5 omnes particulares partes corporis.

De diversis aegritudinibus.

80. Quid est nosus? nosus graece aegritudines dicuntur, quae fiunt (G. 133) ex distemperantia inprimis eorum quae sunt secundum naturam.
- Quid est aegritudo? distemperantia humorum in nobis consistentium. (ib.)
- Iterum. Aegritudo dicitur per hoc quod naturalium virtutum impedi- (ib.)
- 10 mentum est.
- 81 Quid est pathos? passio. est enim impedimentum naturalium (G. 134) officiorum aut unius aut plurimorum.
- 82 Quae sunt aegritudines? syneche, dialiponta, catoxea, oxea, (G. 135) chronia.
- 15 83 Quid est syneche? syneche sunt emitritaeus, typhodes et causos. (ib.)
- 84 Quid est dialiponta? dialiponta dicuntur cotidiana, tertiana, (ib.) quartana et his similia.
- 85 Quid est oxea? oxea dicuntur acutae passiones, id est phre- (ib.) nesis, lethargus, pleuresis, peripleumonia.
- 20 86 Quid est chronia? longa vel diuturna aegritudo, ut est pthisis, (ib.) arthritica, podagra et his similia.
- 87 Quomodo geminantur? est quidem oxea et syneche, est autem (ib.) oxea et non syneche, syneche quidem et non oxea, et neque syneche neque oxea. oxea autem et syneche sunt utputa causos et pleuresis, (ib.) oxea et non syneche ut syncope, syneche autem et non oxea quicunque emitritica febre et typhode laborant, neque syneche neque oxea longae aegritudinis sunt febres.
- 25 88 Quae sunt tempora aegritudinum? acutarum, quas Graeci oxy- (G. 136) pathes appellant, caeroe aut chronoe sunt quattuor, id est initium, augmentum, status et declinatio. initium dicunt archen vel isbolen, augmentum vero dicunt anabasin seu auxesin, statum acmen, declinationem paracmen vocant.

1 ipnos *cod.* 3 egregorsis *cod.* distensio: ἔντασις *Gal.* 4 et expansio *ego:* et passio *cod.* 6 dicuntur: *sic cod. (sed videtur olim fuisse νοσος graeci... dicunt).* 13 sinechi *cod. (item 15).* 15 ifodis et causon *cod.* 18 post oxea *librarius omisit catoxea (cf. Gal. d. 135).*

20 egritudo *sic.* 21 est ptisis *cod.* 21 artetca *cod.* 22 est, ut graece ἐστὶν... ἰσῆτα. sineci *cod. (idem in seqq.)* 24 causon *cod.* 25 ut sincopin. astim. Sineci autem... *cod.* 26 tyfodi *cod.* 27 egritudines *cod.* 28 oxipathos ciros aut chronos appellant sunt IIII. *cod.* 30 arche vel ysvolis *cod.* 31 seu ausin *cod.* agme *cod.* paragme *cod.*

- 89 Quot sunt tempora chronicae agritudinis? duo, superpositio et lenimentum, quae Graeci tasin et dialimma appellant.
- (G. 137) 90 Quot differentiae sunt aegritudinum? decem et septem. catoxy pathos, cacoethes, chronion nosema, meson nosema, olethrion nosema, periecticon nosema, cindynodes nosema, acindynon nosema, mega cata phantasia nosema, cat apotelesma nosema, arrostema nosema, nosema, pathos, oxy pathos, sporadicon nosema, endemon nosema, limos nosema. 5
- (G. 139) 91 Quid est catoxy pathos? passio quae secundum virtutem et phantasiam maior est et periculosa et acuta. quam plurime determinatur in diebus VII. haec acutissima dicitur passio. 10
- (G. 140) 92 Quid est cacoethes? malitiosa aegritudo quae magna et pessima est cum phantasiis non inbecillibus, non habens determinationem in tempore definito.
- (G. 141) 93 Quid est | chronion nosema? longa vel diuturna aegritudo, quae f. 241^b transgreditur nunc in peius nunc etiam in melius, non determinans aegritudinem ita ut medium tempus aut annum ipsum aut diuturnum tempus vel multum sit. nec non et saepius aegrotantes ex ea aegritudine moriuntur. 15
- (G. 142) 94 Quid est meson nosema? aegritudo quae ex diuturna in acutam mutatur, et nunc in peius nunc in melius. terminatur autem quam plurime in diebus XXX. 20
- (G. 143) 95 Quid est olethrion nosema? aegritudo qua omnia pessima inferuntur, modico aut multo tempore.
- (G. 144) 96 Quid est periecticon nosema? aegritudo quae neque amputari neque transferri potest quando fit, quantum ex ipsa est. curatio saepius culpa periculosa fit. 25
- (G. 145) 97 Quid est cindynodes nosema? periculosa aegritudo est quae ascendit novissime ad peius aut ad salutem. et dicitur hoc amphibolon id est duplex vel neuter intellectus.
- (G. 146) 98 Quid est acindynon nosema? aegritudo sine periculo quae semper ad salutem festinat quantum ex ipsa, continenti quia virtus eadem manet. 30

1 suppositio *cod.* 2 quas greci thesis et dialimma *cod.* 4 cacoxiphatos. cacoethesis. Cronionnossima; (:; mesonnossima *in marg. suppl. corr.*) Olitrionnossima. Periecticonnossima. Cindenosisnossima. Acindynonossima. Mega cataphantasia nossima. Cacopotelismanossima. Arostima nossima. Nossima. Phatos. Oxiphatos. Sporadicanossima. Endimanossima. Limos nossima. *cod.* (*et singula similiter in seqq.*) 9 et (f. ab) acuta; *sic cod.* in: i. in (id est in) *cod.* 12 cum ph. non inbecillibus: *sic cod.* (φαντασία δὲ ἀσθενέας *Gal.*!). 16 annuum: annum *cod.* 20 Terminantur quam plurimi *cod.* (*mutavi prout supra legitur v. 9.*)

21 XXX: *sic cod.* (ἐξήκοντα ἢ ὀγδοήκοντα *Gal.*) 22 olotonnossima *cod.* 24 quae neque etc. *cf. Gal.* v. οὐδέποτε ἀναπρετὸν...! *et vid. Lex.* 25 quantum: Quando *cod.* ipsa (est *add. corr.*) curatio. saepius c. p. f. *cod.* 27 cindenosis *cod.* ut *supra.* 28 hoc (τοῦτο *Gal.*) *add. corr.* amphiblon *cod.* 31 ... ipsa continet, quia virtus eorum

- 99 Quid est mega cata phantasia nosema? aegritudo magna secundum phantasia, <ut> quando in carne musculorum loca vulnerantur. (G. 147)
- 100 Quid est cat apotelesma nosema? <ut> mala punctura, quando in nervis aut musculis punctura visu parva inesse videtur, virtute autem magna fit. (ib.)
- 5 101 Quid est arrostema? imbecillitas in diuturnis permanens passio- nibus cum exercitatione multa. (G. 148)
- 102 Quid est nosema? comprehensio passionis. (G. 149)
- 103 Quid est pathos? Herophilus dixit esse passionem quae bene solvitur et bene mollitur. huius enim dixit esse causam in humoribus constitutam. (ib.)
- 10 104 Quid est oxy pathos? acuta passio quae bene digeritur, ad solutionem festinans quantum ex ipsa est. (G. 138)
- 105 Quid est sporadicon nosema? aegritudo pestilentiosa, ea quae omni tempore et loco fit. (G. 150)
- 15 106 Quid est endemon nosema? aegritudo est quae dicitur peregrina, quae ampliatur in tempore et maior fit eo ipso tempore facta. (G.151-2)
- 107 Quid est limos nosema? aegritudo pestilentiosa quae de paludibus et stagnis confortatur, omnibus navigantibus maxime eveniens ex diversitate aerum, qua plurimi moriuntur. (G. 153)
- Aliter Quid est limos nosema? limos est passio communis quam plurimis in ipso uno tempore in civitatibus et in gentibus, ex qua pericula mortis inferuntur.
- Aliter. limos est aeris mutatio, ut neque servare horas proprias aut ordinem aegritudo possit, unde ex ipsa aegritudine plurimi moriuntur.
- 25 108 Quid est causa vel aetio? procatartice vel synectice vel proergumenon fiens. (G. 154)
- 109 Quid est procatartica? praecedens causa, utputa percussus a scorpione vel cane rabido aut quando ex solis nimii ardore vel nimio frigore aegritudines sunt generatae vel his similibus. aegritudo quidem manet et unde facta est aegritudo non apparet. (G. 155)
- 30 110 Quid est synectica aegritudo? aegritudo utputa in vesica lapides aut in oculo pterygion id est ungula, aut encanthis et alia his similia. (G. 157)
- f. 242^a 1

manet: sic corrupte cod. (cf. Gal. τῇ δυνάμει ταῦτὸν ὑπάρχον τῷ περιεσπύχῳ). 1 megacataphtasianossima cod. 2 et 3 ut addidi (ὡς Gal.). 6 permanens: manens pr. m. cod. (per add. corr.) 9 Profilus (pro Erofilus) cod. 10 huius (οὔ): Hoc. cod. 13 quantum ex ipsa est = ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν, ut c. 98. 96. 14 sporadica nossima cod. ea que (sic) 15 tempore et loco fit (cf. Gal.): tempore loco finit cod. 16 endima nossima cod. peregrina: haec def. confusa est cum omitta def. epidemi noseomatis. 20 aerum, qua: eorum quando cod.

21 q (qui) plurime cod. 26 aetio: vitium cod. procathartice et senective vel proerguminon (sic etiam in seq.) cod. 28 procathartica cod. 30 frigore cod. 33 pterygion (περὶ ὄγιον Gal.). in cantis

Aliter. Quid est synecticon aetion? media operatio febris, utputa cum ex humorum putredine vel ebullitione sanguinis fit.

- (G. 156) 111 Quid est proergumenon aetion? proergumenon aetion dicitur quando quae in corpore moventur passiones ex plenitudine pinguium et viscosis humoribus fiunt. 5
- (G. 170) 112 Quid est symptoma? accidentia id est passio superveniens alteri, utputa in febribus capitis dolor vel alia his similia.

De diversis febribus.

- (G. 188) 113 Quid est causos? ardor vel incendium in febribus nimius et acutus cum siccitate et siti nimia et cholerae reiectione abundanter, et plerumque aestatis tempore. lingua aspera et nigra, et iactatio et eorum 10 quae infrigidare possint desideratio, pulsus spissus et inanis.
- (G. 189) 114 Quid est pemphigodes febris? quibus consistente calore vesicularum ebullitiones fiunt per labia et ora.
- (G. 190) 115 Quid est lipyrias febris? in qua extremae partes id est manus et pedes et tibiae frigidae sunt, interdum etiam et superficies cutis, intus 15 vero thorax et pectus incenduntur. pulsus vero parvus et non spissus, et amydron < non > elevatus in his sic habentibus, et hypochondria inflata et venter, et neque urinam neque secessus ventris faciunt, et si fecerint, aquosum et modice. sitim patiuntur et linguam asperam habent, declinationem vero non habent, et si habuerint vix intelligitur. lipyrias autem 20 ideo dicitur, quia relinquuntur extremae partes a calore et interiora accenduntur viscera et si diu perseveraverint in marasmon transeunt.
- (G. 191) 116 Quid est roodes febris? febris quae cum fluxu ventris, saepius et cum vomitu est, et virtutis citata declinatio cum siti et insomnietate. et pulsus spissus. 25
- 117 Quid est stegnos febris? quae contraria est roodi. ventrem contractum habent et pulsus fit magnus.
- (G. 193) 118 Quid est icteriodes febris? quae colorem similem ictericis facit. epar eis intumescit et lingua sicca fit et superficies semper tincta est.
- (G. 194) 119 Quid est limodes febris? limodes febres pestilentiosae dicuntur. 30 fiunt enim cum nimio ardore, inferuntque vomitus cholericos cum ventris fluxu, et exanthemata eis nascuntur, et pulsus citatus est.
- (G. 195) 120 Quid est typhodes febris? typhodes febres dicuntur, quas quidam elodes appellant. fiunt cum sudore nimio et frigido et putido. est

cod. (ἐγκανθίς *Gal.*). 1 senecticonetion *cod.* 3 proerguminon etion *cod.* (προηγούμενον... τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ συνεργούμενον *etc. Gal.*). 6 sintoma *cod.* 8 causos *cod.* 9 colum (colerum) *cod.* 10 et ea quae infrigidare possit *cod.* 12 pimfigodis *cod.* 14 lipyrias *cod.* 16 incenduntur (?; incendium *cod.* 17 amidros, elevatus *cod.* 19 declinationem it (pro ū) non habent: haec in marg. add. corr. 23 roodis *cod.* 26 stenus *cod.* 28 icteriodis *cod.* (et sic semper -odis in seqq.). 31 vomica colerica *cod.* 32 exanthimata *cod.* pulsus: plus *cod.* 33 typhodis *cod.* 34 elodes: sic *cod.* (cf. ἐλαιώδεις *Gal.*).

enim putor eis similis de paludibus ac per hoc elodes vocantur. elos enim Graeci paludem vocant. pulsum habent parvum et amydron.

242* 2 121 Quid est epialos febris? epialus est <eis> qui cum frigore nimio simul et cum calore vexantur, ita ut et febriant et algeant et sitim habeant cum calore. | haec autem in eis manifesta est contemplatio calentes membris algent in visceribus. extrinsecus calores sunt, intrinsecus frigorem sentiunt. corrumpitur igitur habitudo corporis, si diutius permanserint. est etiam quando ipsa aegritudo in ydropem transeat.

122 Quid est nothros febris? quae cum carebaria fit id est cum (G. 196) 10 capitis gravitate. et proprie ex naribus sanguinis facit fluxum et ventris solutionem constricti.

123 Quid est phricodes febris? quae fit cum carebariis et per nares (G. 197) sanguinis facit fluxum et ventris solutionem, habens rigorem cum calore et pulsus valde tenues et imbecilles.

15 124 Quid est typos? unius temporis passio commotionis et solu (G. 198) tionis.

125 Quid est periodus? circumitus. est periodica febris faciens cir- (G. 199) cuitus cum extensione et pausatione, per tempora revertens in hoc quod antea fuit.

20 Aliter. periodica febris est quae ad tantum increscit donec aut ipsa sedetur aut aegrum interficiat. sane earum febrium quae intervallum habent quaedam sunt periodicae, quae et fiunt et solvuntur et usque ad sinceritatem perveniunt. harum igitur quaedam cotidianae vocantur, aliae tertianae, aliae vero quartanae. aliae etiam sunt quae intervalla nulla

25 bent, accessiones tamen et recessiones habent moderatas. sed eas quidem febres quae immoderatas accessiones habent, Hippocrates planetas nuncupavit id est erraticas. immoderatas vero et continuas hemitritaeos appellavit sic dicens: „cum autem talia plerumque vitia sint, cum rigore febres continuae atque acutae sunt, quae quidem desinentes unum diem

30 leviolem alterum graviorem habent et semper ad peius proficiunt. hic modus hemitritaeus est.“ modum enim hic typum nominavit. continuarum vero et quae intervalla modica habent, licet cum accedentibus perseverent vel sine accedentibus, synochos nominavit, alias vero immoderatas.

126 Quid est recursio eiusdem vitii? quando ex reliquiis remanentibus denuo redditur immoderatus modus.

35 127 Quid est hemitritica febris? quae non cessat et tamen quaedam (G. 203) intervalla habet. hemitritaeorum tamen methodici tres differentias dicunt, quarum unam maiorem, alteram mediam, tertiam minorem dicunt.

1 elos: elodin *cod.* 3 iptialus *cod.* Iptialus sunt qui *cod.* frigore *cod.* 7 frigidorem *cod.* 9 notis *cod.* cum: *add. corr.*
 11 solutionem: *immo ἐποχὴν Gal.* 12 φρικώδης *Gal.*: cripnodis *cod.*
 caribariis *cod.* 17 pidus (peridus) *cod.* 24 alia *cod.* 28 sic dicens *Hipp.* I
epidem. (t. III p. 385 *Lips.* quem locum citavit etiam *Gal. de febr. diff.*
 t. VII, 363) *cf. Gal. def. 203 = infra c. 130.* vitia sint cum rigore,
 febres continuae *etc.* (sic *interpung.*) *cod.* 29 desinentes: τὸ μὲν ἔλον
 οὐ διαλείποντες *Hipp.* (*cf. infra c. 130 v. 13.*) 33 synochos sic *cod.*
 34 quando (?): quod *cod.* 38 una *cod.*

- (G. 203) 128 Quid est minor hemitritaeus? qui incipit die et optinet partem quandam noctis et ita solvitur. vel qui e contrario incipit a nocte et die finitur.
- (ib.) 129 Quid est medius hemitritaeus? qui a die incipit et optinet totam noctem et partem futuri diei et ita solvitur. 5
- (ib.) 130 Quid est maior hemitritaeus? iuxta methodicos qui incipit a die et optinet totam noctem et futurum diem et partem noctis, vel qui e contrario a nocte incipit et ad diem protrahitur. Hippocrates vero ideo hemitritaeum dicit quia unum diem gravem habet cum acutissimis febribus, alium levem. dicit autem probamentum de ipso quia nullam horam quietam habet, sed in concavitate et contentione est. f. 242b 10
- Aliter. Quid hemitritaeus? quem nos in primo epidemion libro Hippocratis febrem syneche acutam legimus nulla ex toto habentem intervalla sed unum quidem diem leviolem et alium graviorem.
- (G. 200) 131 Quae febres intervalla habent? cotidianae, tertianae, quartanae. 15
- 132 Quae sunt cotidianae? quae cotidianas accessiones habent et solvuntur, ut uno spatio febriat et post perfectam habeat revelationem. pulsus tamen mundus a febre non invenitur, sed aliquae reliquiae febris in pulsu inveniuntur, et hoc est in omni typo.
- (G. 201) 133 Quae sunt tertianae? quae uno quidem die spatium habent febrium et tertio die revertuntur. 20
- (G. 202) 134 Quae sunt quartanae? quae quarto die revertuntur.
- 135 Quot diebus circumscribuntur cotidianae? uno die, spatiis duobus, horis XXIII.
- 136 Quot diebus tertianae? duobus diebus, spatiis IIII, horis XLVIII. 25
- 137 Quot diebus quartanae? diebus tribus, spatiis VI, horis LXXII.
- 138 Quemadmodum complectuntur se typi? complectuntur se interdum de simili genere, interdum dissimilibus.
- 139 Quemadmodum de simili genere? ut fiant duae cotidianae aut duae tertianae aut duae quartanae vel plures. 30
- 140 Quemadmodum dissimili genere? utputa cotidianae cum tertianis aut cum quartanis aut contrario.
- 141 Quemadmodum fiunt duae cotidianae? cum in eodem die duas accessiones sustinet, id est cum in uno spatio cessaverit, denuo similem accessionem patietur, aut cum uno die accessio fiet interdiana una et altera nocturna. 35
- 142 Quemadmodum fiunt duae tertianae? cum in uno spatio duas accessiones passus, tria spatia cessaverit, aut certe cotidianas accessiones patiuntur diversis tamen horis accedentes.
- 143 Quemadmodum complectuntur se duae quartanae? cum in eodem spatio bis accessionem passus, V spatia cessaverit, aut cum biduo accessio-

8 Hipp. l. c. supra c. 125. 10 dicit autem: ubi? horam om. pr. m. (add. corr.). 12 epidemio. libro. cod. 13 febres sinochis acutas cod. 17 revelationem pr. m. cod. 18 a ego: in cod. 21 tertia cod. 28 interdum ego: in cod. 31 cotidianae cod. 35 fiet interdiana ego: fiat in tertia cod. 38 (item 41) cessaverint cod.

nem passus cum requietionibus uno die cessaverit et denuo accessionem patitur diversis tamen horis incidentem.

144 Quemadmodum complectuntur cotidianas continuas? cum intermittentibus febribus cotidie habet accessiones et relevationes.

5 145 Quemadmodum complectuntur cotidianas tertianas? cum eodem die accessionem passus et relevationem futuro die diversis horis vel accidentibus passionem sustinet, et hoc fiat interdiu. similiter vero et acuti morbi. quartanas etiam complectuntur cotidianas, cum cotidie accessionem sustineat et relevatione facta quarta die repetitio respondeat.

10 146 Quae sunt planetae febres? erraticae quae neque finiunt tem- (G. 204)
f. 242^b 2 pus | neque ordinem servant sed inordinatae sunt.

Aliter planetae dicuntur quae nullius typi vel alius febris habent indicia. nam planetae tangunt cotidie et bis in die et putantur duae cotidianae esse. sed inter cotidianas coniunctas et planetae haec est distantia.

15 cotidianarius enim typus cotidie necessario patitur, planetae autem sine hoc sunt. nam planetae et bis et ter et quater in die tangunt et non diu ipsa febris retinet aegrotantem, aliquotiens autem et diem aneticum id est quietum habent, et iterum semel et bis in die tangunt. causas febrium diverse veteres asserebant.

De pulsibus.

20 147 Quid est sphygmos? pulsus qui fit per diastolen id est allevationem arteriae et systolen id est arteriae depositionem a corde venientis. (G. 110)

Aliter. Quid est pulsus? arteriae naturalis et moderatus motus, frequens tamen, qui de corde per ipsas arterias emittitur.

Aliter. Quid est pulsus? allevatio et contractio arteriae procedens 25 de corde et de cerebro per meningam naturaliter sine nostro voluntate.

148 Quot partes habet pulsus? duas id est diastolen et sistolen. (ib.)

149 Quid est diastole? allevatio vel emissio aut percussio arteriae 30 longitudine latitudine et profunditate sensibilis. ad actiones procurandas tactu declarantur.

150 Quid est systolen? subtractio et contractio aut casus arteriae, (G. 206) cum ad momentum quidem pulsus subtrahitur.

151 Quid est palmos? allevatio corporis ex musculis ab spiritu (G. 207) effecta, non ex arteriis quae semper agitantur pulsibus nec semper pulsans, sed temporibus aliquibus.

35 152 Quid est megas sphygmos? magnus pulsus. et est contrarius (G. 208) minori qui secundum lati udinem profunditatem et longitudinem impletur et subtrahitur.

153 Quid est sphygmos micros? pulsus minor et parvus et magno (ib.) contrarius secundum longitudinem et profunditatem, quia anhelitus arte-

1 requiescionibus (sic) cod. 2 incidentibus cod. 3 cotidiane continue cod. 6 accidentibus cod. 13 cotidiane corr.: cotidie pr. m. cod. 14 inter om. pr. m. (add. corr.) 20 figmos cod. 25 miningam cod. 27 Quid est diastolen (sic) cod. item v. 30 sistolen. 35 fygmos cod. 38 fygmos miero (sic) cod.

- riae digitos non implet. et est tenuis parvus et curtus satis humilis exurgens.
- (G. 208) 154 Quid est medius pulsus? qui inter parvum et magnum medius est. qui in sanis fit.
- (G. 209) 155 Quid est plenus pulsus? qui implet ambitum arteriae tactu suo, 5 ut tunica arteriae parva esse videatur facta. maxime autem intrinsecus videtur plenus apparere pulsus.
- (ib.) 156 Quid est tenuis pulsus? qui in arteriae ambitu omnino tenuis et pompholygodes id est vesiculis similis est et vix sensibilis.
- (G. 210) 157 Quid est scirrodes pulsus? qui fit durus velut nervis tensus et 10 a ventositate videtur moveri.
- Aliter. Quid est durus pulsus? qui repercutit et tenditur et non facile cedit tactui propter immanitatem. nam habet quoddam repulsorium.
- (ib.) 158 Quid est apalos pulsus? mollis et contrarius duro, ut sic sit mollis quasi aqua. 15
- (G. 211) 159 Quid est humidus pulsus? | mollis existens in eo substantia ut f. 243a tactu suo humidus sit.
- (ib.) 160 Quid est auchmeros pulsus? aerodes vel aridus, et contrarius est humido. consumpto enim humore apparet siccus aer.
- (G. 213) 161 Quid est sphodros pulsus? sphodros similis vehementi dicitur, 20 qui vehementiorem arteriae facit percussione. quod speciale dicunt inter celerem pulsum et spissum.
- (G. 214) 162 Quid est celer pulsus? qui in brevi momento se subtrahit et si tardiora sint momenta non impletur. est tamen quando aequalibus momentis impletur et subtrahitur. 25
- (G. 213) 163 Quid est amydrod pulsus? defectus, hoc est qui solutam habet virtutem et percussione imbecilem facit.
- (ib.) 164 Quid est medius pulsus? qui virtutem aliquam sanitatis ad unumquemque motum parat secundum analogiam.
- (G. 214) 165 Quid est citatus pulsus? qui subitaneam vel citatam habet 30 passionem et casum.
- (G. 216) 166 Quid est ordinatus pulsus? habitudo bona pulsus secundum magnitudinem aut vehementiam aut numerum aut aliquam aliam differentiam habens motum certum.
- (G. 217) 167 Quid est inordinatus pulsus? qui aliquantis percussione modo 35 spissior fit modo tardior.
- (G. 218) 168 Quid est omalos pulsus? aequalis moderatus qui aequalibus momentis diastolen et systolen facit.
- (G. 219) 169 Quid est inaequalis pulsus? qui aequalitatem temporum non servat in diastole et systole. 40

6 parva: sic cod. (sed cf. Gal. 209 ἐπισχυρότερον). 9 pompholygodes cod. 10 scirodis cod. (σκληρός Gal.). 14 apalos cod. 18 angmirus cod. aerodes: Aeredius cod. 20 sphodrus cod. 23 celer: coeler cod. 30 citatem cod. 37 omalos: omalodis cod. (ὀμαλότης, ὀμαλός Gal.). 40 in diastolen et systolen cod.

- 170 Quid est aequalis pulsus? qui in magnitudine et frequentia, in (G. 218) dando et subtrahendo aequalis est. cui contrarius inaequalis. magnus brevis, vehemens non vehemens, rarus spissus.
- 171 Quid est inaequalis pulsus? ex quo aliquando quidem maiores, (G. 219) 5 aliquando autem minores, aliquando etiam vehementes et non vehementes percussiones fiunt, aliquando quidem defectus fit, et aliquando ex raro spissus fit aut ex spisso rarus.
- 172 Quid est rhythmos pulsus? Herophilus: rhythmos est motio (G. 220) in temporibus ordinationem habens definitam.
- 10 173 Quid est tremulus pulsus? inaequalis. neque totam percussione (G. 223) inferens, aliter movendo.
- 174 Quid est escoliomenos pulsus? escoliomenos pulsus eodem modo (G. 224) ut ex spissis sic trahens sentitur.
- 175 Quid est inaequalis pulsus? qui in una parte altior est et in (G. 219) 15 altera humilior cadit, et aliquando amplius inflatiorem arteriam et percussio-riorem facit et in alia parte conclusio-riorem.
- 176 Quid est secundum magnitudinem inaequalis pulsus? qui partem (G. 219) arteriae fortius percutit et ex alia parte imbecillius.
- 177 Quid est myuros pulsus? quando ab spisso pulsu rarior (G. 225) 20 efficitur.
- 178 Quid est dicrotos pulsus? qui quandoquidem videtur se sub- (G. 226) trahere arteria non velociter icta, sed membratim et in quantitate subiectione incisa positionem facit perfectam. |
- f. 243^a 2 179 Quid est arachnoides pulsus? parvus pulsus et non residens sed (G. 227) 25 quomodo araneae tela quae a modica aura movetur ita tactu sentitur.
- 180 Quid est dialipon pulsus? qui inter quasdam diastolas et (G. 228) systolas aequaliter factas aliquando duplici aliquando longiori systole digi-tis subducitur.
- 181 Quid est parenpipton pulsus? qui inter quasdam diastolas et (G. 229) 30 systolas aequaliter factas unam diastolen velocius percutit.
- 182 Quid est eclipon pulsus? qui ab idiomate et proprietate sui (G. 230) paulatim intantum deducitur ut prorsus digitis occurrere non sentiatur.
- Aliter. Eclipon pulsus est qui a magnitudine incipit et fortior semper efficitur et magis nascitur donec habeat magnitudinem, et vocatur

8 Herophilus: Porfilus (Porfilus *pr. m.*, Profilus *corr.*) *cod.* (*pro* Erofilus, Βαρχεῖος δ' Ἡροφιλεῖος *Gal.*) 10 *fort. scr.* Quid est tro-modes p.? tremulus inaeq. *etc.* inaequalis: Equalis *cod.* 11 aliter *m.*: ἀλλ' οἶον (ἀλλοῖον) κινούμενός τις *Gal.* 12 scoliominus (*bis*) *cod.* *post interrogationem in cod. leguntur verba (ex margine scil. intrusa)* Scolias (*i. e. Scolas corr.*) lumbricos vocant. Scolio-minus pulsus eodem *etc.* 15 aliquanto *cod.* inflationem arteriam et percussione *cod.* 19 myu-ros: humiorus *cod.* 21 digrocus (*dupl. termin. -us*) *cod.* 24 aragnoi-des *cod.* 29 parinpipton *cod.* 33 a (*om. pr. m.*) *add. corr.* for-tior semper (!): ἴμμο σφοδρότης αἰεὶ καὶ μᾶλλον ὑφ' ὧν *Gal.*

- myurizon talis pulsus. quando autem nascitur et parvus est, ut etiam in parvitate veniat ita ut nec digitis possit occurrere, eclipon appellatur.
- (G. 231) 183 Quid est dorcadizon pulsus? capreolinus, qui ita arteriae superficiem pulsat ut non antea ad inferiorem partem systolen deducat quam duplicem aut triplicem diastolen reddat. 5
- (G. 232) 184 Quid est palindromos pulsus? qui paulatim quidem intantum deducitur ut intotum non appareat. et post hoc ad directionem suam percurrit, ut ad pristinum statum initii sui perveniat. et aut ordinem ascensus ac descensus immutabiliter custodit aut inordinabiliter hoc perficit.
- (G. 233) 185 Quid est myrmecizon pulsus? qui quotiens in illa defectione 10 humilitatis ita conspissatur ut magis magisque festinare intelligatur. ideo myrmecizon dicitur iuxta formicarum similitudinem <quam> in membris ambulantes sentimus, quemadmodum et minor et amydrus id est defectus intelligitur esse.

De signis passionum.

- 186 Quid est temporalis aegritudo? prolixum vitium quod diuturnum dicitur, utputa podagra elephantiasis phthisis ac calculus. 15
- (cf. infra 194) 187 Quid est accessio? motus vitiorum et agitatio causarum earumque secundum tempus initiorum. iuxta methodicos vero conversio corporis ad peius per intervalla quae dantur.
- (cf. supra 88) 188 Quot sunt aegritudinum acutarum tempora? quattuor, id est 20 arche anabasis acme paracme. quod nos dicimus initium augmentum statum et declinationem.
- (cf. supra 89) 189 Quot sunt tempora aegritudinum chronicarum? duo, quae Graeci epithesin et dialimma appellant, quod a nobis superpositio et lenimentum vel demissio aut declinatio dicitur. 25
- 190 Quid est arche? initium aegritudinis, cum inutilis efficitur homo gravatus passione, languido corpore effectus, vel cum in corpore aliquid patitur et minime sentit, aut cum frigorem in superficie corporis patitur, manus quoque et pedes similiter frigidus habet, naturali quoque egestionem impeditur et crebras oscitationes sustinet, | vibrationem quoque corporis et temporum dolores et conversum naturalem colorem, immutatum etiam pulsum habet celerem vastum oppressum atque immoderatum. f. 243^b
- 191 Quid est anabasis? augmentum, id est cum immutatio quae

1 maorizon *cod.* nascitur (!): ὑφ'ἧ *Gal.* et *addidi* (n. parvus *cod.*). 2 appellatur (*om.*) *add. corr.* 3 dorcadion *cod.* 6 palindronus *cod.* 8 et aut... custodit: ut... custodiat *cod.* (et haec que diximus aut... custodiat *Sor. de puls.*). 10 (et 12) mirmicidion *cod.* 12 iuxta (*om.*) *add. corr.* similitudinem. In membris *etc. cod.* (cf. *Sor. de puls. et Gal.*). 16 elephantia *cod.* ptisis *cod.* 20 i. arche. anabase. aragmen. paragmen. *cod.* 24 epitisin *cod.* (et sic saepe apud *Caes. Aurel. epithesis i. e. superpositio pro eo quod est epitasis*). 25 demissio *cod.* 28 frigidorem *cod.* 30 vibrationem: liberationem (sic) *cod.* 31 tymporum *cod.* calorem *cod.* 33 anabase *cod.*

contra naturam fit molestior efficitur et accessiones prolixiores cum sympto-
mate plurimo. conferenda est ergo nox nocti et dies diei, accessioni
accessio. nam cum praesentia praeteritis difficiliora fuerint facta, accrescere
dicemus morbum.

5 192 Quid est acme? statum dicimus aegritudinis esse, cum passio
in aequilibrio fuerit posita, cum stabilitate quadam, et in ea permaneat,
et cum aequales sint praesentes accessiones praeteritis et accidentia eun-
dem teneant modum nec peiora fiant, et urinae enaeorema id est nebula
appareat, in statu dicimus esse causam.

10 193 Quid est paracme? declinatio passionis est, cum iam laedentia
minorantur et immaniora declinantur, et cum iam somnium capiunt qui
vigiliis laborant, aut cum iam cibum appetunt qui fastidio consumebantur.
interdum autem comprehendimus declinationem morborum cum aequales
quidem permaneant accessiones, sed symptomata minuuntur, utputa capitis
15 dolor aut lateris, aut quae ante detinebantur urinae vel aliae egestionem
sine impedimento ferantur, ipsae etiam urinae iam egestionem cum sedi-
mine faciant.

194 Quid est epithesis? superpositio. superpositio accessio aegri-
tudinis est vel motus vitiorum et agitatio causarum earundem secundum
20 tempus initiatarum. iuxta methodicos vero conversio corporis ad peius per
intervalla quae dantur.

195 Quid est dialimma? lenimentum vel allevatio. fit autem quando
post accessiones levior causa invenitur.

196 Quid est intervallum? spatium ab accessione usque ad accessio-
25 nem aliam et hoc dicitur mundum intervallum.

197 Quid ostendit diurnos morbos? ut in accessionibus similiter
eos ut acutos curemus. cum autem minui coeperint, metasyncritica id est
recorporativa adhibenda est cura. cum ergo per gratiam haec constare
videantur, circa morbos et causae vitia et symptomata id est accidentia
30 assidue diligentiam adhibeamus ne deteriores. dogmatici quidem aiunt
debere nos curarum qualitatem sumere a causis morborum ex quibus
efficiuntur, methodici vero ab ipsis vitiis id est ex strictura fluxionis et
complexionis, empirici autem de concursionibus vel accidentibus id est
symptomatibus.

35 198 Quid est euexia? bona aut proba validudo vel habitudo cor-
poris, id est qui a vitiis cavent vel diurnam possident sanitatem.

199 Quid est cachexia? mala corporis habitudo, per quam corrupti-

1 *sinthomate cod.* 5 *agmen cod.* 6 *in equilibrariis cod.* 7 *sunt*
cod. 8 *urine eneorima cod.* 10 *paragmen cod.* 11 *immaniora:*
humaniora (sic) cod. 14 *sed: si cod.* *sinthomata cod.* 16 *digestio-*
nem cod. 17 *faciunt cod.* 18 *epithesis cod.* 22 *allevatio cod.*
(i. corr. alleviatio). 26 *Quid ostendit d. m. (sic) cod.* 27 *meta-*
sincritica i. recuperativa cod. 28 *per gratiam (sic) cod.* 29 *causae vitia*
i. symptomata i. accidentia cod. 34 *sintomatibus cod.* 35 *pua cod.*
37 *cachexia cod.*

tur sanitas. et frequens accidit corpori aegritudo ita ut initio hydropismi in eo signa apparent.

- (G. 234) 200 Quid est phrenesis? alienatio | mentis cum acuta febre. hi aut f. 243^b 2
evellunt pilos de vestimentis aut paleas de parietibus, cum mentis ex-
terminatione et secundum naturalem ordinem cum impedimento vel de- 5
fectu intelligentiae.

Aliter. phrenesis est alienatio. phrenesis enim fortis concussio dicitur et vocis alienatio cum febre pessima.

- (G. 235) 201 Quid est lethargus? oblivio mentis cum sopore et tarda ex-
creatione, cum febre nimia et vultu plumbo simili cum pallore. fit autem 10
de nimio tumore ventositatis cum defectu nervorum. et pulsus vento plenus
est magnus et tardus et rarus. fit autem de nimio tumore meningae, aut
patiente capite aut compatiante, aut ex apostemate.

- (G. 254) 202 Quid est synanche? passio in gutture acuta et pessima cum
tumore. aliis quidem extrinsecus ut etiam intumescant arteriae. aliquando 15
compatiuntur spiritualia organa intrinsecus, ita ut neque emittant spiritum
neque ad se trahere possint.

- (G. 236) 203 Quid est spasmus? rigor aut contractio nervorum vel musculo-
rum immoderatus, et involuntarius motus. fit et maxillarum compactio vel
concretio, ut os aperire non possit patiens. est enim quando totum occu- 20
pat corpus, est quando partem aliquam membrorum.

- (G. 237) 204 Quid est tetanus? quando aequaliter fit in utraque parte omnium
musculorum et nervorum rigor et contractio.

- (G. 238) 205 Quid est emprosthotonos? quando ab spasmo inante contra-
hitur caput ad pectus. 25

- (G. 239) 206 Quid est opisthotonos? quando ab spasmo contrahitur caput
ad scapulas et spinam.

- (G. 240) 207 Quid est epilepsia? mentis et sensibilibus nervorum passio.
cadunt patientes de subito cum spasmo. et per os contingit eis ut etiam
spumam emittant, cum relevatio coeperit esse passionis. 30

Aliter. Quid est epilepsia? subitaneus casus, interdum frequens,
interdum per intervalla accidens. nihil interim sentientes cadunt de subito
et contrahuntur cum sonitu vocis inarticulatae. quibus etiam sonitus circa
aures fiunt et splendor ante oculos apparet et vibratio partis corporis.
quidam autem sentientes venientem morbum praesentibus dicunt et in fine 35
spumas iactant et vix ad se redeunt.

- (G. 241) 208 Quid est catochos? animae insensibilitas et complexio totius
corporis. species autem catochi sunt tres. prima est similis phrenetico

1 ydropicie in eo signo *cod. cf. Cael. Aur. chr. III, 81*: est autem
ipsa quoque passio (cachexiae) saepissime hydropismi antecedens causa *etc.*
3 (7) frenesis *cod. cf. Cael. Aur. ac. I, 21 (cf. 48)* 7 Frene (sic)
enim *cod.* concursio *cod.* 12 mininge. aut patienti capite aut c.
cod. 14 sinanchis *cod.* 16 emittat *cod.* 20 os: os (quasi omnes)
cod. 24 emprostetanus *cod.* 28 epilepsia *cod.* 30 revelatio
cod. 31 epiempsia (sic) *cod.* 32 nichil *cod.* 37 cathocos *cod.*
38 cathoce *cod.*

cum vigiliis. secunda somniculosa ut etiam ad similitudinem iaceat lethargi. tertia autem est non utique sine sensu constituta, cathocon enim nominant phreneticum.

209 Quid est typhomania? fit ab imitatione infirmantium cathochi et (G. 243)
5 phrenetici. quemadmodum enim typhomania, sic et lethargus est alienans.

210 Quid est apoplexia? apoplecticos Graeci dicunt quod nos atto- (G. 244)
f. 244^a 1 nitos possumus dicere. fit enim totius corporis resolutio cum amputatione
sensibilium. et vix sanabilis passio. saepe enim aut ex epilepsia aut |

10
.
non crescut.

212 Quid est thrausis? inaequalitas capillorum frangentium seu (G. 309)
15 cadentium.

213 Quid est atrophia? tenuitas capillorum cum in nulla perfectione (G. 310)
crescut.

214 Quid est xerasia? quibus velut ex pulvere apparent inquinati (G. 311)
20 capilli.

215 Quid est poliosis? mutatio capillorum in albedinem secundum (G. 312)
competentem aetatem, fluxione et radicibus existente.

216 Quid est rysis trichon? fluxio capillorum ex se facta vel ex (G. 313)
aegritudine relevantibus facta.

217 Quid est alopecia? tinea. fit enim transmutatio coloris albidioris, (G. 314)
25 per quam capilli facta corruptione decidunt.

218 Quid est ophiasis? tinea etiam. quae fit similiter colore mutato, (G. 315)
quod ex densitate cutis efficitur nuditas capillorum et ideo duplex est
passio. nam ophiasis defectus est capillorum et nudando partes turpantur.
alopeciae igitur ex vulneratione horridus visus occurrit.

De capitis differentiis.

30 219 In cerebro fracturae sunt VIII aut VIII. vocatur quaedam rogmē (G. 316,
id est ruptio, quaedam empiesma id est depressio, alia engisoma, alia Sor. 1)

2 (cf. Gal. τρίτον είδος κατόχου ὃν οὐκ ἄν τις ἀσυνέτως κάτοχον
ὀνομάζοι φρενιτικόν). cathocon cod. 4 et 5 typhonia cod. 4 ca-
thochi cod. 8 epilepsia cod. post fol. 244 deest folium unum cor-
respondens folio post f. 240 perdito (supra c. 51), quo quidem contine-
bantur ea quae habet Pseudo-Galenus def. 246—308. verba autem non
crescut quibus incipit f. seq. (nunc 244) eadem sunt quibus finitur def.
308 διχοφυλα έστι διαμερής ή κατά τὸ ἄκρον τῶν τριχῶν σχέσις μετά
τοῦ μηκέτι συναυξάνεσθαι. 14 carausis cod. 16 atrofia. Te-
nuita (sic) cod. 18 xirasia cod. 20 albedine cod. 21 (πρό τῆς
καθηκούσης ήλ. Gal.). 22 rysis trichon: sisisticon cod. 24 alopecia
cod. 25 quam: quas cod. 26 (28) ofiasis cod. 28 nudatio ante
corr. cod. 30 Vocantur cod. 30 (item 270, 3) rogmī cod. 31 (item
270, 7) piisma cod. engisoma cod.

- apoccepharnismos, alia autem camarosis, quaedam deasclatio vel asclatium, dicitur etiam apechema id est resonatio.
- (G. 317, Sor. 2) 220 Quid est rogne? species rupturae ossis, cum alia parte vulnus, alia vero ossis ruptura sit. efficitur quidem hic copiosa incisio in longitudinem tam angusta quam etiam lata, interdum levis, interdum etiam applicatur usque ad divisum os. 5
- (G. 320, Sor. 6) 221 Quid est empiesma? ossis in multas partes fractio. et in altioribus quidem omnino recidit meningam, in levioribus autem interdum integre recidit, interdum autem non. signa meningae sive recidatur sive apostema fiat intra se patens haec sunt. capitis dolor nimius et siccitas partium quae recollectae sunt et inanitas et tenuitas, humor etiam non crassior sed levior quasi cruor. os etiam ipsum alterius coloris est et magis lividum atque siccum est. evenit autem ut per abundantiam humoris vexetur meninga. et accrescit febris cum vigiliis. lingua aspera et oculorum stupor fit. livor etiam et immutatio mentis et contractio nervorum, cholera quoque reiaectio. similiter sicut in ceteris fracturis etiam in istis maximum periculum est. 15
- (G. 319, Sor. 5) 222 Quid est engisoma? cum fracta testa in una parte et sub altera fractura opprimitur.
- (G. 321, Sor. 7) 223 Quid est apoccepharnismos? ossis in crure confractura minus tissimis ossibus. 20
- (G. 322, Sor. 4) 224 Quid est camarosis? cum sine fragmento testa intrinsecus fecerit sonum.
- (G. 323) 225 Quid est asclatium? ascella ossis in superficie facta acuta, cum maneat suo loco. 25
- (Sor. 8) 226 Quid est apechema? resonatio rupturae testae in alia parte, non ubi fit vulnus.
- (G. 395) 227 Quid est teredon? corruptibilitas et asperitas ossium facta circa testam vel cetera ossa.
- 228 Quae cura est collisionis ossis quae teredon fuerit? non aliter dici | mus eam curari posse nisi evacuando vitium. si autem altius fuerit f. 244^a totum os vitiatum, aut pertundemus aut decidemus aut curam adhibebimus quae siccare possit. infusus enim humor recedit.
- 229 Quae sunt signa corruptelae aut laxamenti? cum solutum atque

1 apocepharnismus *cod.* deasclatio vel asclatium (*sic cod.* (*i. e.* ascellatio, *ab* ascella *cf.* ascla, asclare *ap. Du Cang.*). 2 apechema: pissema *cod.* 8 recedit mininga *cod.* interdum *ante* integre *om. cod.* 9 recedit *cod.* mininge *cod.* recedit (*pr. m.*, -*dat corr.*) *cod.* 10 fit intra se patent *cod.* nimius: minus *cod.* 13 abundantiam *cod.* 14 vexetur mininga. *cod.* 16 colerum (*sic, usu apud med. soll.*) *cod.* 18 egisoma *cod.* tracta *cod.* 20 apocepharnismus (*ut supra*) *cod.* 24 asclatium (*sic cod.* (ἄσκλημα *Gal.*) 24 astella *cod.* 25 manet *cod.* os (*ut supra*) *cod.* 26 pissema *cod.* 28 tepidon *cod.* 30 ossis qui diteron *f. cod.* 34 luxamenti *cod.*

infirmum fuerit omentum, melotis deposita laxatur circa os. cum autem non alta fuerit, id est sola aspreto, deposita melotis tanquam in luxurioso stabit. cum autem usque ad medietatem melotis discessura est, et sanguis de duplicatione facta emanat et pus non parvum.

5 230 Quid est diploe? duplicatio. spissis pertusionibus plenum os et in modum spongiae effectum asperum et sanguinolentum, quod est inter testam quae super est et inter capacitatem quae infra est. si autem tota grossitudo fuerit vitiata, tum dolor nimius efficitur, quoniam usque ad meningam deposita pervenit melotis. pus quoque modicum fluit, quoniam
10 maxima pars eorum intrinsecus defluit. cum autem et meninga ipsa fuerit vitiata, tum mortifera consecuntur signa.

231 Quot sunt differentiae vulnerum in capite? quaedam sunt in superficie, quaedam altiora ita ut omentum quod circa testam est vulnere-
15 tur et os vitiatur. nec non quae circa musculos fuerint. et horum quaedam sunt quae ora habent angusta et inferius sunt latiora, quaedam e contrario.

232 Quae differentiae sunt inter tactum et adimpletionem carnis? differunt a se in modis tribus, tempore qualitate et effectu. ea scilicet
20 quae per tactum curantur, compendiose explicantur, aut nihilo minus sinitur vel sedatur vulnus, aut cum sanguine curatur. ea autem quae per adimpletionem carnis curantur, tardius propter emmotos, id est linteola quae calcantur. qualitate vero quoniam ea quidem quae tactu curantur, siccitatem desiderant, ea autem quae per adimpletionem carnis, humectari
25 volunt. effectu vero, quoniam quidem quae per tactum dicimus curari, brevius faciunt ea cicatrices, alia autem quae per adimpletionem carnis, maiores atque foedas.

233 Quae differentia est inter suere et cogere? quoniam quidem consutio iuncturam corporum et conglutinationem futuram pollicetur, coactio vero collectionem propter nimietatem.

30 234 Quid est inter secturam et usturam? quod sectura quidem separatur a corpore et alienatur, ustura vero corroborare exsiccando novit ea quae super sunt. et quod sectura per frigidum ferramentum operatur, ustura vero per calefactum. et quod sectura tantummodo partibus opitulatur quibus admovetur, ustura vero et his quae longius sunt.

35 235 Quibus insectionibus singulae partes obaudiunt? rectis insectionibus obaudiunt crura et collum absque sublatione propter venarum rectitatem, caput autem et frons et pectus et subventralis pars inferius planis
f. 244^b 1 insectionibus cum sublatione. ideo autem subaudiunt aliis inguinis | ani

1 melotis: cf. *Cael. Aur. p. 571.* laxatur *cod.* 2 i. sola
(*sic cod.*) 2 in luxurioso (*sic cod.*) 4 s. depoplicatione f. *cod.*
5 diploiden *cod.* 9 miuingam *cod.* 10 mininga *cod.* 19 nichilominus
cod. 21 immatosin i. linteola (-lo *pr. m.*) *cod.* 25 fe-
das. 27 cogere (*sic cod.*) 35 rectis: sectis *cod.* 36 absque:
atque *cod.* venarium *cod.* 38 alii inguines anos *etc. (sic cod.)*

partium inferiora egestiva, quia sucosa sunt et subtilia. sub obliquis autem incisionibus subaudiunt media laterum, lunaribus autem retro partes aurium. ad modum autem myrti foliorum incisiones facimus in his quae suere velimus aut saepe etiam zeta litterae similes, vel ad modum comae rutae recidimus corpora.

5

236 Quae partes corporum non coniunguntur? inferior pars vesicae propter transitum lotii cum inciditur saepe accidit ut resolidetur. naturalis voluntas minctus per collum vesicae transiens solidare non sinit, quia nervis resolidari natura non concessit.

237 Quare quae sunt nervosa interdum coniunguntur? quae cum 10 collectione consuuntur saepe coniunguntur, si non glebas sanguinis aut aliud quiddam inciderint, et cum spissa sint nimis corrumpuntur labia et propter ligationes incautas vulneris corrumpuntur.

238 Quae loca corporis non obaudiunt usturae? nervosa vel ipsi 15 nervi qui citius intumescunt. arteriae vero aequalem servant modum, pul- pae autem tardius intumescunt.

239 Quid est quod diutius curatur? vitium in quo plerumque evenit labor curae frustra ut curetur, raro autem propter spem malam accidit ut curetur.

240 Quod vitium vix curatur? quod aequaliter pensatur et habet 20 tam spem curae quam expectationem, cum quibus et perficendi desiderii.

241 Quot sunt differentiae spongiae? duae. nam quaedam earum sunt rariae et multum vacuae, aliae autem cum angustioribus foraminibus et spissis. spissis ergo utimur ad fomentationes corporum et coniunctiones recentium vulnerum, aut pusca aut aqua frigida infundentes. observatur 25 etiam in istis quia si cum pice liquida infusae comburantur, sanguinis fluxum detinent.

242 Quae differentiae sunt de emmotis id est linteolis? quinque. sunt enim quaedam quae vocantur deltoides id est quae de minutissimis linteolis fiunt. alii enim sunt rasorii, alii sunt tortiles. sunt etiam qui 30 lemnisci vocantur, qui etiam sunt longi et superpositi emmotorum custodes vocantur.

243 Quot differentiae sunt de filis? duae. nam quaedam sunt de lino, alia de lana. lineis autem utimur, quando aliquid constringere volumus, venas scilicet et vel peritonium id est omentum quo intestina 35 circumdata sunt. laneis autem ad coniungendum vel ad concorporandum utimur.

3 mirte *cod.* quae: qui *cod.* velint *cod.* 4 zeta littere *cod.* 6 Quae: Due (*sine paragrapho*) *cod.* 9 resolidare *cod.* 11 a glebas (*sc. a deletur a corr.*). 12 inciderit *cod.* sunt *cod.* 18 raro... curetur: raro autem curatur. raro autem propter s. m. accidit ut curetur (*sic*) *cod.* 21 desiderium est. *cod.* 25 aut in pusca aut in aqua *cod.* 26 etiam: enim *cod.* 28 immotis *cod.* 29 deltoides *cod.* 30 rasorii: rasura vel rasorii *cod.* 31 immotorum *cod.* 35 et arta filoma *cod.*

- 244 Quot diversitates sunt in faciendis emplastris? duae. aut enim de specie aut de forma sunt. de specie quidem quoniam sunt quaedam de lana, alia de pellibus, quaedam etiam de chartis. de forma autem quia fiunt triangula^a et quadrata, quaedam etiam rotunda, alia lunaria, quaedam
5 in acutum deficientia.
- 244^b 2 245 Quae sunt generales operationes chirurgiae et quae | speciales? generales quidem sunt incisiones et divisiones et circumcisiones aut scarificatio discoriatio subcoriatio depunctio consutio curatio subcuratio impunctio subtractio iniectio et his similia. nos enim dicimus cauterismum
10 subiacere sectioni, cauterismo autem incensionem et deflammationem et cetera his similia.
- 246 Quae specialia accipiuntur in chirurgia de ossibus? anatesis id est pertusio et perforatio ossis decisi, desecatio derasio aut dedolatio.
- 247 Quid est fractura? decisio vel crepatio ossis.
- 15 248 Quot sunt species fracturae? tres. caledon id est si tanquam (Sor. 10) truncus medius frangatur, schidacedon id est si rectae fuerint fracturae, alfitidon id est polentae similis quae in multa confringitur.
- 249 Quomodo curatur ruptura? incisa superficie inspicimus rupturam, deinde separatis partibus linteola immittimus ne impedimentum aliquod raturae ossis fiat, et si corrupta fuerit recta incisio, colligimus per suppletionem cicatricem medicamine quale est quod fit cum autem suppurata fuerit nimis, necesse est anatesin fieri ut alienum auferri possit. oportet ergo prima die per incisionem denudatum patefacere vulnus, sic deinde consequentem curam adhibere.
- 20 250 Quid est hydrocephalus? aquosus humor aut sanguinolentus (G. 390) aut faeculenta collectio inter cutem, in aliqua parte capitis seu totum occupat caput.
- 251 Quomodo fit chirurgia in hydrocephalis et ceteris suppurationibus in quibus est collectio? inter cutem et testam incidimus et fundimus
30 humorem atque curamus sicut oportet, si autem circa totum fuerit caput, secamus quasdam partes totius vastitatis per intervalla ut inde defluat humor, et facimus unam incisionem vel duas in latum, sicque curam servamus cicatricis ne colligatur cum adhuc humor defluit sed collectum pus inde defluat. cum autem sub musculis collectio fuerit, incisis his quae
35 secus latus sunt, musculi namque usque ad spinam sunt, et retentiones omnes eorum absolventes per illam partem quae tenetur smillario incidentes humorem defluere facimus, deinde linteolis supplemus et curamus
-
- 3 cartis. 5 acuta *cod.* 6 cyrurgia *cod.* 8 curatio *sic.* 10 autem: aut *cod.* 12 (etc.) cyrurgia *cod.* Inanatesis *cod.* 15 Caulidon *cod.* 16 Sædatidon *cod.* (cf. Sor. 10). 17 Alfitidon *cod.* polentae similis: polentabilis (*sic*) *cod.* 21 quod fit debita *cod.* 22 anatrisin (-tfin) *cod.* 23 denudatum: decuratum *cod.* 25 ydrocephalus *cod.*
- 36 smillario *cod.*

ut crescat caro. adhibemus etiam <curam> ut et iuncturae reconstrin-
gantur atque coeant. utimur autem epidismo cui est nomen lepus sine
auribus.

252 Quomodo secantur steatomata et melicerides? inciditur super-
ficies infixi humoris et desiungitur, deinde distenditur utraque pars pellis
disiunctae et sic aufertur nucleus mali humoris. et in his quae valde co-
haerent acuta parte scalpelli utimur. et aut coquitur incisio aut linteolis
impletur aut consuitur, et aut iungitur aut ita curatur ut caro crescat.

1 adh. etiam ut *cod. (om. curam)*. 2 epydismo *cod.* 6 coerent *cod.*
7 utemur *cod.* 8 crescat: *reliqua huius operis desunt. sequitur enim in
hac ultima huius folii linea paragraphi vestigium et vacuum rasura
effectum, postquam quae olim sequebantur folia cum fine operis excisa
sunt. nunc enim non iam extant nisi vacua duo folia quibus codex finitur.*
